



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 95. Franciscus Roias de Sandoval Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

Palatinum exposito, Cæsarei Filii ele- Sæc. XVII.  
 ctionem Ordines admisere, eo tamen A.C. 1625.  
 pacto, ut Rex, et si duntaxat electus  
 esset, omnia Regni privilegia tam sacra  
 quam profana, ante sui coronationem  
 juramento firmaret. Hanc conditio-  
 nem acceptare cunctabatur Religiosissi-  
 mus Imperator, cuius animum tamen  
 erigebat ipsemet Esterhasius Regni Pa-  
 latinus, assertens, quod res Religionis  
 facile corrigi possent, si plures ex hæ-  
 reticis, apud quos Religio ad Princi-  
 pis vel privati commodi auram muta-  
 bilis est, ad fidem Catholicam rever-  
 suri sint; tum enim juncta Regis opera,  
 facile Religionis incommoda & dede-  
 cora abrogari valerent. His permotus  
 Cæsar non electionem modo sed & co-  
 rationem Filii, confirmatis privile-  
 giis a Patre suo olim concessis fieri per-  
 misit. Igitur die vigesima sexta No-  
 vembris Ferdinandus III. Rex Hunga-  
 riæ electus, atque anno ætatis suæ  
 decimo septimo die octava Decembris  
 Sopronii ab Archiepiscopo Strigoniensi  
 inauguratus est.

### §. XCV.

*Franciscus Rojas de Sandoval Car-  
 dinalis mortuus.*

X 4

Dum

Sæc. XVII. A. C. 1625. **D**um hæc in Germania gerebantur  
Vassor. t. 3. l. 12. p. 162. duo ex Cardinalium Collegio fa-  
Ciacon. in vita Pauli V. l. 191. §. 47. tis concessere. Horum primus erat  
Vid. supra p. 182. Franciscus Roias de Sandoval Hispanus, Lermæ Dux, qui ea, qua apud  
*Ita*  
*die*  
*ob*  
*vi*  
*ge*  
*ru*  
*m*  
*tis*  
*V*  
*au*  
*m*  
*vi*  
*tu*  
*vi*  
*se*  
*b*  
*P*  
*P*  
*a*  
*t*  
*A*  
*un*  
*ur*  
*affi*  
*chiam*  
*natu*  
*suo*  
*adminis*  
*trabat*, ac non  
*sine* summa æmolorum invidia immensos corradebat thesauros; tandem vero  
*fato*, omnibus pene Regum clientibus  
*communi* sensim Regis gratia excidit;  
*opportune* autem Paulus V. electo ad  
*Purpuram* Henrico Gondio, natione  
*Gallo*, pro more pariter Hispanum no-  
*minare* compulsus, Franciscum septu-  
*genarium* Purpuratorum Collegio a-  
*scripsit*, qui accepto per Caetanum Pa-  
*pæ* Nuntium galero rubro, Aran-  
*sium* contendit, a Rege ob Ecclesiastice  
*dignitatis* reverentiam per honorifice ex-  
*ceptus*. Tandem quarta Octobris die  
*abdicatis* omnibus Regni curis Lerman  
*fecessit*, inde vero Vallisoletum refe-  
*sus*, die decima septima Maij obiit  
*postquam* plura Monasteria pro utrius-  
*que* fexus Religiosis restauraverat, alia  
*vero* a fundamentis erexerat. Pre-  
*terea* exornatis Ecclesiis quamplurimi  
*Vallisoletanæ*, *Salmanticensi*, & *Com-*  
*plutensi* Academiis plusquam viginti  
*aureo*

aureorum millia in annuos proventus Sæc. XVII.  
assignabat. A.C. 1625.

§. XCVI.

*Itelius Fridericus a Zollerent Cardi-  
nalis fatis functus.*

Alter erat Itelius Fridericus Comes *Carafa*  
a Hochzollerent Germanus, quem *Comm. Ger-*  
*die decima nona Septembbris Osnabrugii*  
*obiisse, Cæsar ac Imperii Principes gra-*  
*vissime tulerant. Hic enim non modo*  
*generis sui nobilitate, sed & merito-*  
*rum præstantia Colonensi Ecclesiæ pri-*  
*mum, ac demum Pontificio Clementi-*  
*tis VIII. cubiculo præpositus, a Paulo*  
*V. Purpura decoratus est; Regnante*  
*autem Gregorio XV. e Germania Ro-*  
*mam reversus, ibidem tum Clericalis*  
*vitæ honestate, morumque integritate,*  
*tum miro animi candore, reliquisque*  
*virtutibus Principe Ecclesiastico dignis*  
*fæse Ecclesiæ commendabilem, omni-*  
*busque notum, charumque reddidit.*  
Præclare insuper res Cæsaris in Ger-  
mania gesserat; vix enim in toto Im-  
perio Princeps erat rebus pertractandis  
aptior, atque in Cæsaris, Catholici-  
que foederis negotiis illo magis exerci-  
tatus. Inter hæc vero anno Christi  
millesimo sexcentesimo vigesimo tertio  
vacante Sede Osnabrugensi absens a

X 5

Can-